

Imp. Caes(ar), divi Traiani Parthici f., divi Nervae nepos, Traianus Hadrianus Aug(ustus), pont(ifex) max(imus), trib(unicia) pot(estate) XII, co(n)-s(ul) III, p(ater) p(atriae)

iis qui militaverunt in classe praetoria Misenensi, quae est sub Iulio Frontone, sex et viginti stipendis emeritis dimissis honesta missione, quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis¹⁾ data, aut, siqui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dum taxat singuli singulas

a. d. XII k. Mart. P. Inventio Celso II, Q. Iulio Balbo co(n)s(ulibus) ex gregale M. Numisio Saionis f. Nomasio, Corso Vinac(eno)²⁾

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug(usti) ad Minervam.

¹⁾ is int. ²⁾ hic finit int.

Duo exempla extant, alterum Manutii cod. Vat. 5248 p. 39 et orth. 297, 2 (inde Ligorius ms. Taur. vol. 15 f. 20), quocum convenire videntur quae ex hoc titulo citat Panvinius in fastis ad a. 882 et Rom. p. 214; alterum Ligorii ms. Neap. XXXIII p. 128, a quo pendent Fonteius de Caesiorum gente p. 103, ubi posterioris tabellae pars utraque datur ligno expressa, prior typis tantummodo compendiisque solutis, et Smetius cod. Neapol. p. 69. 70 (inde cod. Lugd. Papenbr. 6 f. 85'; a Vaticano abest), ed. 93, 10. 11 (inde Grut. 573, 2. 3. 574, 1. 2), qui vidit quidem, sed ex Pyrrhi Ligorii exemplaribus descripsit. Codicis Hanoverani IX. 661 f. 20 pessimum exemplum sprevi. A prioribus diplomatum collectores Marini n. 9 Arv. p. 460. 461; Vernazza n. 10; Haubold n. 12; Cardinali dipl. n. 15 p. 173. Fabrettius p. 506 inscriptioni diffidit utpote Ligorianae, sed immerito. V. l. dedi Manutii Ligorii (Neap.) Smetii integram, Fonteii potiorem.

Corsi Vinaceni sunt opinor Οὐρανικὸν Ptolemaei 3, 2, 6.

4092 rep. et servata cum n. 4091.

intus: tabella posterior

A · D · VII · K · IAN
MARCELLO · ET · GALLO · COS
●
●
EX · GREGALE
L · VALERIO · CAINENIS · F · TARVIO · OPINO · EX · CORS

1 VII Lig. Smet. Font., VIII Man. Panv. — KAL Panv. — 2 GALLO Panv., CALLO Man., CN·LO Lig. Smet., CN...LO Font.; CELSO proponit Maffei, cogitans de ordinariis a. 129. — 4 CAINENIS Man., CAIONIS Lig., CAIONIS Smet., SAIONIS Font., emendatione petita ex n. 4091. — TARVIO (corr. ex TAVNIO) Man., T·ARVIO Lig. Smet. Font.

extrinsecus: tabella posterior

M · SERVILI	●	GETAE
L · PVLLI	●	CHRESIMI
M · SENTILI		IASI
TI · IVLI		FELICIS
5 C · IVLI		SILVANI
L · PVLLI	●	VELOCIS
P · OCIL		PRISCI

2 L·PYLLI Man. — 4 FILICIS Man., FELICI Lig.

Duo exempla supersunt, alterum Manutii cod. Vat. 5248 p. 38, quocum conveniunt v. l. 2 citati a Panvino in fastis ad a. 882, alterum Ligorii cod. Neapol. XXXIII p. 129, a quo pendent Smetius cod. Neapol. p. 70 (a Vaticano abest), ed. 93, 12 (inde Grut. 574, 3. 4): 'egomet vidi et ex Pyrrhi Ligorii exemplaribus descripsi' et Fonteius de Caesiorum gente p. 105, qui omittit nomina testium. A prioribus Marini Arv. n. 10 p. 463; Vernazza n. 15; Haubold n. 13; Cardinali dipl. n. 29 p. 295.

Classarii fuerit necesse est cum propter patriam tum maxime propterea quod numerus nullus enuntiatur ante militis nomen. 'Οπῖνοι inter populos Corsicanos recensentur a Ptolemaeo 3, 2, 6, 'Οπῖνοι inter oppida insulae ab eodem 3, 2, 7. De aetate cum consules ignoti sint, tamen in universum constat propter testium nomina eadem fere atque in diplomate Pestinensi scripto imperante Pio anno ut videtur 157.